

P R Æ F A T I O

sibi in aliis academiis gratulantur, tenuere institutum, ita ut pro ultima reputari minime debeat. Quis ignorat celeberrimi viri, Io. Andrea Bosii societatem, dictam disquirentium, quam post mortem continuauit Ioannes Schilterus, vir consummatissimus. Institutum erat sociis, viris egregiis, de libris & antiquis & nouis agere, singula, per hebdomadem conuenientes, conferre, & collata in librum ad hoc institutum conscribere. Sed vel mortuis, vel secedentibus sociis, hoc institutum commendatissimum alias, cessauit, nec quidpiam de eo editum, licet societatis acta adhuc in manuscripto penes virum celeberrimum extent. Nec hodie desunt viri ingenio & doctrina praestantissimi, qui negotio huic gerendo pares esse possint, ni aliis atque grauioribus occupati hasce curas derelinquere cogantur.

Non